

De Re Criminali,

idio participes, & consciū, sive auxiliatores etiam post delictum, morte servata eadem pena teneantur, ex d. l. urum, & d. l. si scientie, tamen haec iuris clarissime requirunt scientiam qualitatis particidii, cuius liquida probatio in actis desciebat: nam licet constabat haec facta fuisse ad mortem violentam obnubilandam, quod in ea concurrevit particidii circumstantia nondum liquidum erat, ob quod puniendi veniebant tanquam auxiliatores homicidii post delictum perfectum, quo in casu mitius puniendos esse pluribus docet Fatinac. quagl. 132. ex num. 1. praesertim num. 31. & 32. quo ponit circumstantias requisitas, ut auxiliatores pena ordinaria plectantur, si post delictum opem præstiterint, quæ in hoc casu non concurabant, & quod auctoritatem præstatam post delictum, num. 26. expresse tenet non esse verum, quod pati pena puniantur, licet gravius officiales Curiae puniendi essent, ut dixi decisum per Regiam Audientiam Valentia, tom. 2. de reg. d. c. 8. n. 8. 100. Ex quibus juxta gravitatem criminis unusquisque fuit condemnatus extra ordinem, Laurentius de Evar in peccatum verberum & remigii; Petrus Marron scriba ad relegationem ad Arcem de Peñon per decennium, Francise. Robledo Apparitor & Antonius de Heredia Chirurgus ad relegationem Praesidii Afri per sexagenium, Sebastianus Garcia tanquam minor in exilium. Josephus vero & Barnabas Tobias ad peccatum ultimi supplicii, cum qualitate acerba Parricidii. Primi, sententia, diei 26. Marii 1667. hi duo sententia, diei 26. Januarii 1668. actuarius Ant. de Pastrana.



CONTROVERSIA X.

De Remissione reorum juxta concordiam inter Regna Castella & Valentia, & de subfalentia salvi-conducti concessi per Officiale delinquenti non subditio.

SUMMARIUM.

1. Concordia substantia & forma remittendi reos.
2. Facti species narratur.

3. Salvum-conductum licet contra legem concessum sit, observari debet.
4. Dubia suscitata quo ad remissionem Josephi Georgii Correas.
5. Evocatio causa remissionis ad Regiam Audientiam Valentia.
6. Remissio delinquentium reciproca inter Regna Valentia & Castella, si ex lege communi.
7. Evocatio facta per Regiam Audientiam continebat transgressionem hujus legis.
8. Remissio faciliter conceditur per Judices, & Tribunalia Regni Castellæ.
9. Executio legis nunquam potest retardari.
10. Evocatio in prima instantia causarum Gubernationis Regni Valentia ultra Sexagenam prohibita est, per forum Regia Audientia.
11. Salvum-conductum concedere est de reservatis Principi.
12. Extensio hujus facultatis ad Proregem est ex vi representationis Principis cuius alter nos dicunt.
13. Extensio hujus facultatis ad alios Magistratus, & officiales abusus est contra fororum dispositiones.
14. Rex in civilibus salvum-conductum non concedit juxta forum, absque partis consensu.
15. Prescriptio de qua testatur Petrus Belluga quoad Barones in materia concedendi salvum-conductum, non potest extendi ad alios.
16. Doctores tractantes de validitate salvi-conductus, loquuntur in terminis concessionis facta per Regem, vel per Proregem.
17. Iudex concedens salvum-conductum adhuc in sententia eorum qui hanc potestatem concedunt, nil operatur nisi si concessum proprio subdito, vel subdito judicis inferioris, non autem superioris.
18. Superior non tenetur observare salvum-conductum inferioris.
19. Locum tenentes Judicem ordinariorum Regni Valentia solum obtinent jurisdictionem in causis exiguis, nempe quæ sine processu & accusatione terminari solent.
20. Judices ordinarii Regni Valentia solum habent potestatem indultandi causas in quibus imponitur potest pena mortis naturalis, vel civilis, vel mutuationis.
21. Facultas concedendi salvum-conductum

Controversia X.

- & indultandi equiparantur.
22. Judices si habent facultatem concedendi salvum-conductum solum precedente legitima causa ea usi possunt.
23. Salvus-conductus concessus non habente potestatem vel jurisdictionem nullius momenti est.
24. Nullitas ex defectu jurisdictionis est insanabilis, & ex simili actu nullus potest produci effectus.
25. Judices imperiti in rebus Justitia nil agunt nisi adhuc Assessori Consilium.
25. Assessori votum in rebus Justitia, est decisivum, quod Iudex tenetur sequi, aliis nil agit.
27. Concessio salvi-conductus in inferioribus, est quid judiciale, cum requirat causa cognitionem.
28. Indulitus concessus per judicem ordinarium Valentia intra terminos sue jurisdictionis, est nullius momenti si deficiat subscriptio Assessori.
29. Regis concessionis in Regno Valentia nullius momenti sunt absque subscriptione Vicecancelariae, vel Regentis Cancelariae, qui vices Assessori gerunt.
30. Fiscalis interventus in gratiosis concessionibus necessarii requiruntur in Regno Valentia, sub nullitatis decreto.
31. Expeditio gratia in publica forma requiritur in Regno Valentia sub nullitatis decreto.
32. Fori verba traduntur quibus forma datur in concessione gratiosa sub nullitatis decreto.
33. Gratia concessa per Regem non valet quousque expediatur privilegium in publica forma.
34. Idem in gratiis concessis per Proregem, & ceteros Magistratus ad quos attinet.
35. Doctores Corona Aragonum tenentes salvum-conductum contra legem concessum, observandum esse supponunt expeditum in forma publica.
36. Iudex per privatum chirographum non potest præstare publicam fidem, bene veri per instrumentum, seu concessionem expeditam in publica forma.
37. Salvus-conductus observandus ex illa ratione ne quis decipiat sub fide publica, debet præse ferre imaginem veritatis.
38. Causa cognitionis in articulo remissionis solum potest versari quod probandum identitatem personæ, & quod videndum an crimen sit ex comprehensione in lege.

39. Appellatio frivola nunquam est recipienda.

40. Decretum Principis, & dictio Regia Audientia remissionem Rei concedendo.

REORUM remissio reciproca inter Provincias confinantes necessaria est ad rectam justitiae administrationem, & quando sunt diversi Dominii, licet ejusdem Domini, lege communi in una Provincia lata caveri solet, ne in facultate Magistratum refidat arbitrium remittendi vel non; hinc procedit quod cum Regnum Castella in confinio habeat Regnum Valentia, provide per l. 9. tit. 16. lib. 8. regul. cautum habeat qua forma reciprocè rei remittendi sunt, quæ lex communis est, ex eo quod Pragmatica sanctione Regia manu subscripta die 3. Decembris 1614. & Valentia publicata die 11. Januarii subsequentis idem cautum reperitur, ut videre est apud Dominum Crespi obseruat. 74. num. 33. quod eam ad literam tradidit, per hanc legem data fuit forma remittendi reos; nempe quod in criminibus in ea specificatis remissio procedat: ita ut si remissio peratur per supremum tribunal, sufficiat relatio criminis; si vero per inferiorem, justificari debet ex actis. De cuius interpretatione aliqua adnotaverauimus. 2. de regim. e. 8. §. 7. n. 37. & plenè potest Dom. Crespi d. obf. 74. per tot.

Cum enim milii relatum fuisset Josephum Georgium Correas in civitate Alonensi degere; litteras requisitorias expediti jussi, ut caperetur, & juxta concordiam Regnorum (sic nuncupatur lex superioris dicta) remitteretur. Has remisi Doctori Vincentio Justino Berenguer, Fisci Advocato pro Regia maiestate, in illo distritu, viro quidem tam in Jurisprudentia petito, quam in justitiae administratione, prudentia, & rectitudine bene merito. Qui quidem cordatè, ut solet, capturam dispoluit, & obtinuit jussu Illustris Marchionis de la Casta Gerentis vices Generalis Gubernatoris in Regno Valentia ultra Xixonam. De his certior facta nostra Aula, duos Apparatores Curiae, & Actuarium causæ misit cum litteris juxta formam legis, sive concordie, ut reus remitteretur, & ad vitandos inutiles circuitus, Dominus Fiscus Aulæ litteras

De Re Criminali,

ras supremi Consilii Aragonia imperavit, quas sobrecasta vocamus, quibus literas Aulae adimpleti mandabatur.

- ³ Captura perfecta fuit, die 3. Octobris 1667. & dum Ministri ad eam civitatem progredebantur, Reus qui à principio tacuerat, chirographum manu Locutentis Justitiae illius civitatis factum exhibuit, quo dicebatur salvum-conductum, sive iudicatum ei concessum fuisse, cum die praecedente capturam, ob quod minimè remittendum curbat, quia licet contra legem, vel potestatem concessum fuisse, observandum omnino esse præten-debat; saltem quoad effectum rependi illum in pristinam libertatem, ne sub fide publica deciperetur, juxta dispositionem Textus in l. 1. ff. de pa. & doctrinam Divi Thomae 2. 2. quest. 70. artic. 7. cum aliis plurimis congestis per Don Ludovicum Pegue-ra decis. 39. per tot. Bellugam in specul. rub. 22. num. 73. Farin. quest. 29. num. 95. Cancer. variar. lib. 2. cap. 2. n. 314. Giuram conf. 80. num. 10. & 15. Reg. D. Francis. Hieronym. Leon. decis. 216. tom. 2. Guazzin, defens. 12. cap. 1. n. 58. aers. bene verum, & Dom Crespi obs. 85. num. 8. cum seqg.
- ⁴ Ex quibus consequens fuit, quod quando Ministri pervenerunt ad di-ctam civitatem, Gubernator prædictus dubitasset de remissione; & decisio-nem dubii nolens à se dimanare, re-lationem sive consultationem Proregi deliberavit dubia sequentia proponendo. Primum an ad remissionem conce-dendam, attribenda esset cause cogni-tio; Secundum si non obstante salvo-conductu qui patiebatur notorios defectus & nullitates, remittendus erat? Tertium si à decreto remissionis admittenda erat appellatio? Quibus & addi poterat quod quando captus fuit, non reclamaverat sal-vum-conductum allegando, sed post dies octo, quibus tacuerat, chirogra-phum exhibuit.
- ⁵ Huic consultationi responsum dedit Prorex, nempè, causam evocatam fuisse per Regiam Audientiam, & Reum remittendum esse ligatum ad carceres Civitatis Valentia. Quibus perceptis per ministros, ad hanc Curiam reme-ram cum testimonio horum actorum. Aula verò cuncta, Regie Majesta-ti proposita consultatione diei 11. No-vembri ejusdem anni, ut juberet per
- Concilium Aragonia reum remitti jux-ta Concordiam in dicta lege contentam, ad hoc obtinendum sequentia per me perpensa fuerunt.
- In primis de vi legis remissionem ju-bentis dubitari non poterat, cum in his Castellæ Regnis in corpore juris com-prehensione sit in dict. l. 9. & in Regno Va-lientia in pragmatica sanctione superius memorata, quæ vim legis obtainere cer-tissimum est ex traditis per Dom Crespi ob-servat. 1. n. 74. & ex his quæ dixi de reg. tom. 1. c. 1. §. 2. n. 43. & c. 3. §. 1. n. 126. cum seqg. Quod crimen sub ea compre-henderetur pariter dubitari nequivat, quia erat homicidium per insidias; & delibera-té patratum, cum qualitate parcidii, ut dixi, quod est unum ex contentis in leg. 9. De forma litterarum sic similiter non dubitabatur, quia ex-peditæ fuerunt juxta formam legis, & stilum in similibus affectum: & sic solùm remanebant dubia sulcata per Gubernatorem, vel illius Assel-forem, quæ cum nullius momenti es-sent, ut mox dicam, clare sequebatur Regiam Audientiam transgressionem legis operatam fuisse causam evocan-do, ministros vacuos dimittendo, vel eis obligationem imponendo novi, & per-dificilis itineris cum dispendio non mo-dico, quod neque ratione urbanitatis, neque intuitu justitiae fieri poterat. Urbanitatis, inquam, cum experientia do-cente notam habeat ingenuitatem me-diane qua Tribunalia Regni Castellæ, & præsertim Aula, reos juxta hujus legis tenorem remittere soleat. Ut ex-pertum fuit in causis Thomæ de Arnau, Josephi Romero, Balthazaris Pineda, Josephi Villalva, Hieronymi Aguilar, Petri Joannis Sanmartin; Don Jacobi Muñoz, & aliis plurimis, quos tradere, & remitti jussi absque hæfatio-ne, molestia, vel dispendio, statim atque literæ juxta concordiam præsentatae fuerunt.
- Justitiae, quia inutiles circuitus vitan-di sunt, l. cum fundus, §. seruum, ff. si cert. petat. l. dominio testamento, ff. de condic. indeb. Fontanel. decis. 71. num. 22. pluri-mis Barbofa Axiom. 43. n. 1. & seq. & in claris dubitare esset iniquum, cap. cum non contingat de rescript. plurib. Don Michaël de Corriada dec. 33. n. 23. Quod in claris versaremur indubitatum erat, quia executionem legis petere justissimum est, neque à Magistratibus negari potest, cum executores

Controversia X.

executores legis dicantur, ut omnibus innoteſcit: neque obſtabit ſi dicarur ex his non impediri cauſe evocationem, nā evocare cauſas Gubernationis ultra Xi-xonam in prima instantia prohibitum habet Regia Audientia per for. 56. cum pluribus ſequentib. de jurisd. omn. jud. cum aliis juribus per me deductis de regim. tom. 1. c. 2. §. 2. n. 33. cum autem ante pronuntiationem Gubernatoris, hæc cauſa evocata fuifet, nullatenus fieri poſte-julta foros clare apparebat.

Denum prætextu ſalvi-conduſti haec fieri nequibant, cum deductus per reum dicebatur confeſſus per locum tenentem judicis ordinarii civitatis Alonensis, qui non habet facultatem, ſeu jurisdictionem ad ſimilem confeſſionem faciendam; cum haec fit de reſervatis Principi, l. relegat. 4. in fin. l. ad bestias 31. §. ex provincia. ff. de pe. Quod exprefſe cautum reperi-tur per for. 5. de Guidatico, quo Rex Ja-cobus ita dixit, Nengu no mete ne giu, o aſcur en fora nos alcun Cavalier, o altre hom. Quod Latinè ſonat: Ne-mo introducat, guidaticum, vel ſecuri-tatem concedat preter nos alciui militi, equiti, vel alii homini, docent Gram-mat. vot. 26. numero 11. Menoch. de arbitrar. cas. 337. numero 14. Affict. decis. 4. per tot. pluribus Farinac. dict. quest. 29. num. 80. Petr. Caball. cap. 50. per tot. Guazzin. defens. 12. cap. 1. numero 58. verf. ſed ſolus Princeps, Giurba. conf. 80. num. 3. & 15. Dominus Crespi dict. obſerv. 85. num. 33. & seqg. qui plu-res alios laudant. Et licet praxis, hoc

- 12 interpretata ſi extendendo ad Prore-gem, ut in ſpecie aliis relatis probat Giurba dict. conf. 80. n. 10. hoc fit ratione repræſentationis. Principis cuius alter nos dicitur, ut pluribus probavi de reg. 1. tom. c. 2. §. 1. n. 2. cum seqg. preferte. n. 15. At quoad alios Magistratus, & officiales inferiores prohibito concedendi affiliationem, ſeu guidaticum remanet, clata, & ſi quid uero receptum eſt, abuſus eſt merus, ut colligitur ex for. 6. & 7. cod. tit. quibus d. for. 5. obſervari ad unguem jubetur. Quod in tantum procedit ut adhuc Rex in civilibus guidaticum non concedit juxta foros, ſine partis 13 contensu: ſic enim caveretur in for. 2. in fin. que perf. cap. poſſ. & quanquam Petrus Belluga d. rub. 22. num. 73. hoc ius adiuitum Baronibus Regni Va-levantia conſuetudine, ſeu præscriptione
- 14 contensu: ſic enim caveretur in for. 2. in fin. que perf. cap. poſſ. & quanquam Petrus Belluga d. rub. 22. num. 73. hoc ius adiuitum Baronibus Regni Va-levantia conſuetudine, ſeu præscriptione
- 15 tetur: ad alios extendi non debet, cūn conſuetudo per quam ea adquiruntur, ſit quid facti, & non extenditur de persona ad personam, neque de loco ad locum l. fin. ff. de jurisd. omn. jud. l. 1. ff. de itiner. aſt. privat cap. fin. de conſuetud. cum aliis congeſtis ſuprā controverſ. 76. n. 83. Quæ comprobant ex quæſitionib. ſuſtitutis per Bellugam Rub. 21. Pe-guer d. decis. 39. Giurb. d. conf. 80 n. 10. & Leon. d. decis. 206. n. 2. & 7. qui lo-quuntur in terminis guidatici confeſſi-dit, vel per Regem ipſum de quo Bel-luga d. rub. 21.
- Et licet Farin. d. q. 29. n. 81. & 98. quem aliqui ſequuntur, videatur tenere quod licet iudex non poſſit concedere 'hanc' aſſectionem, tamen ſemel confeſſa erit obſervanda, hoc intelligentum eſt juxta mentem omnium Doctorum, ſi concedatur Bannito proprio, vel ſubdito ſuę jurisdictionis, aut alterius judicis inferioris ipsius confeſſentis: ſic tene-ruſt Affict. d. decis. 4. n. 4. Menoch. dict. cas. 337. n. 10. Tuscus conclus. 21. lit. S. n. 5. Fachin lib. 9. controverſ. 62. Cabal. dict. cas. 50. n. 2. Giurba d. conf. 80. num. 3. & 15. Imo ſi per inferiorē confeſſum ſuę guidaticum, ſuperior illius non te-neret illud obſervare, cum inferior jurisdictioni ſuperioris præjudicante ne-queat cap. inferior. dift. 21. cap. cum infe-rior de major. & obed. cap. cum veri-ficer de judic. cap. ut noſtrum de appella. Bartol. in l. 1. §. fin. num. 2. ff. a quib. appel. non lic. Jafon. in leg. conventionem. num. 4. ff. de pact. Bass. in tract. crim. titul. de cit. num. 39. Blanc. in tract. crim. verb. datis deſefionib. num. 40. Michaël. Ferrer. 3. parti. obſervat. cap. 468. & seqg. Jacob. Cancer. var. lib. 2. cap. 1. n. 314. prope fin. qui decisiones Senatus Cata-lo-nie tradunt. Cum autem locum tenentis 19 justitiae, ſit iudex inſimus, cui nulla tribuitur jurisdictione in rebus, ad me-rum imperium attinentibus, niſi in cauſis exiguis, quæ scriptis non deduc-tuntur, neque ad accusationem per-veniunt; nam poſita accusatione iam ad judicem ordinarium, qui iuſtitia dicuntur, pertinet, ut dixi de regim. tom. 1. cap. 6. §. 5. num. 67. Quomodo dici poterat Gubernatorem teneri gu-diaticum illius obſervare? Quomodo ſuſtinendum ſub ea ratione, ne quis ſub fide publica decipiat, ſi jurisdictione caret ad præſtantam publicam fidem?

De Re Criminali,

siderem; Quomodo in eo qui neque Ban-
nito proprio, vel subdito, aut delin-
quenti assecrationem praestabat, cum
iste Reus in illius territorio delictum
non patraret, bene Farin. d. q. 29. n. 98.
cum seqq.

20 His addi poterat, quod judices ordi-
narii in Regno Valentie solam per fo-
tos obtinent facultatem indulandi, si-
ve componendi delicta ex quibus im-
ponenda non est pena mortis naturalis,
aut civilis, vel mutilationis membris, for.
18. & 19 de quart. & pœn. cur. privil. 73.
Reg. Jacob. 2. plurib. Dom. Crespi d. obs. 5.
n. 125. cum seqq. qua notaveram de reg.
tom. I. c. 4. §. 2. n. 16. cum seqq. Sed Salvus-
conductus est gratia concessio, ac equi-
paratur indulitus, aut compositioni cri-
minis ut ex mente omnium Doctorum
clare colligitur: ergo sicut iustitia, sive
iudex ordinarius, limitata habet ju-
risdictionem ad concedendum indul-
tum in criminibus, sic pariter habere li-
mitatam quoad salvum-conductum, &
ceteras gratiosas concessiones. Quod
meo iudicio hac argumentatione clare
demonstratur. Per forum limitatam ha-
bet facultatem concedendi indultum,
vel compositionem in criminibus po-
enam mortis naturalis, civilis, vel muti-
lationis non exposcitibus, ita ut si
concesserit nihil agat. Per forum haber-
negatam potestatem concedendi sal-
vum-conductum ut probavi cum Do-
mino Crespi d. obs. 85. n. 35. ibi: *in nos-
tro Regno illud obtinuit, ut neque ex causa pos-
si concedi nisi à Principe:* & dicendum
est effectum sortiri id quod sit repug-
nante lege, quando ea quæ sub disposi-
tione legis sunt, ratione excessus, nullius
momenti sunt? Absit enim, quia
quod sit contra legem, & statutum nullius
roboris esse potest, ut latè probat
Farin. d. q. 29. n. 97. Cabal. d. cas. 50. per
tot. qui alios laudant.

22 Ulterius, quia Doctores tenentes ju-
dicem salvum-conductum concedere
posse non absolute hanc conclusionem
firmitant, sed præcedente causa legitima
& ipsius cause cognitione; ita pluribus
docuit Farin. d. q. 29. n. 81. quo causas
legitimas ad similem concessionem de-
more tradidit; sic pariter Gabalt. d. cas.
50. n. 2. Giurba d. conf. 80. n. 15. Bajard. ad
Clar. q. 32. n. 26. Guizzin. d. defens. 12. c. 1.
n. 58. in princip. cum autem neque cog-
nitio cause adhibita fuisset per locum
tenentem iustitia ad hoc guidaticum
concedendum, neque causa legitima re-
peritur ad hanc concessionem facien-
dam, nil actum fuisse dicendum est.

Neque ex doctrina Doctorum supe-
rius laudatorum, dicentium observan-
dum nihilominus salvum-conductum
esse, & reum ponendum in pristinam
libertatem ne sub fide publica decipia-
tur, cum fides servanda sit: Hec insi-
mantur: Quia hæc procedunt quando
is qui securitatem concedit, habet ju-
risdictionem illam concedendi, si non ge-
neraliter & indistincte saltem in aliquibus
casibus, vel ex aliqua causa. Is enim
lièè concedat salvum-conductum in
aliquo casu in quo concedere non de-
bebat, ex quo reddatur nullus, observa-
ti tamen debet ne quis sub fide publica
decipiat, prout in casu d. decis. 9. Don
Lud. Peguera, quo Prorex Cataloniae
concessit indultum, & salvum-conductum
contra legem delicta exceptuan-
tem, ut videte est in *princ. de decis. 8* & in
casu *decis. 206*. Domini Leon, quo con-
cessum guidaticum sive adhibita cau-
sa cognitione in Regia Audientia ci-
vili per Proregem Valentia, & dubi-
tabatur an observandum esset per Au-
dientiam criminalis, sive Aulam cri-
minalis iudicem, ut patet in *decis. n. 7*.
& in casu *Confissi 80*. Giurba quo Capi-
taneus guidaticum concessit ex delega-
tione Proregis, ut patet *ibid. n. 15. in fin.*
in his enim casibus, & similibus cum
fides publica data sit per eum qui eam
potest dare ex jure naturali tenetur eam
observarce ex d. l. 1. ff. de pacis & ceteris
per Doctores, præcipue Pegueram, ad-
ductis. Si verò qui salvum-conductum
concessit nullam profus habet facul-
tatem concedendi, habendus est tan-
quam privatus, & sic ut plurimum ipse
solus tenebit fidem servare, non autem
alii officiales, cum publica fides da-
ta non sit, ut in terminis pluribus pro-
bat Farin. d. q. 29. n. 98. cum tribus seqq. & sic
limitat regulam generalem quam tradi-
derat Dominus Crespi d. l. obser. 5.
n. 191. Quia defectus jurisdictionis &
potestatis reddit actu nullum magis
quam quilibet alias defectus, cum omni-
nis actus ab agentis potestate depen-
deat. Decius conf. 8. n. 6. & conf. 38. n. 7.
Matr. singul. 10. Vant. de nullis ex defectu
jurisdictionis. n. 1. & 6. Guazzin. defens. 1.
n. 4. Giurb. d. conf. 80. n. 1. & seqq.

Deinde, etiam si potestatem conce-
dendi supponamus in eo Officiali, intra
metas

Controversia X.

metas judicis ordinarii, quem ut pluri-
mum representare poterat, vicio nulli-
tatis laborabat salvus-conductus cum
fuisset concessum absque causa cogni-
tione, quod apparebat ex eo quod lo-
cum tenens erat Officialis imperitus, qui
in judicialibus nequit procedere juxta
fatos absque consilio Assessoris cuius

26 votum decisum est, & sequi tenetur,
for. 45. de Cor. & Bajal. ut latè probavi
tom. I. de reg. cap. 6. §. 5. num. 32. cum

seqq. quæ confirmantur ex pluribus fo-
ris sequentibus præcipue, ex for. 55. &

60. eod. tit. Et concessio Guidatici eo
ipso quo debet fieri prævia cause cog-
nitione ex judicialibus est. Cum autem

guidaticum de quo loquimur absque
subscriptione, vel signaculo Assessoris

repertum fuisset, deficiebat causa cog-
nitio, & sic nullius momenti erat: nam

cognitio causa in concessione gratiosa
percipitur ex subscriptio Assessoris,

quæ si deficit nullius momenti est, ut
probavit for. fin. §. item tota remissio, de

Notar. Scrib. & Salar. ibi: tota remissio, o
compositio hija de ser signada per lo Asse-

28 for., & ibi: si nulle ipso foro & facto.
Dominus Crespi, d. obser. 5. num. 259.

qui in fin. sic ait, & ita obtinet notorius

usus & praxis:

29 Nec te moveat si dicatur hæc fieri
mediante jurisdictione voluntaria; non
vero contentio: nam sicut in una, sic
similiter & in alia confitum, & subscrip-
tio Assessoris necessaria est, ex noto-

rio usu & praxi, & ex dispositione for-
ali, ut dixi non solum in Magistratibus
& Officialibus inferioribus, sed in ipso

Rege cuius gratia nullius roboris sunt
ex foro, si deficit subscriptio Vicecan-
cellarii, vel Regentis Cancelleriam,

for. 10. & 11. si contr. ius. aliq. impetr. fuer.
privil. 30. Regis Ferdinandi II. pluribus

Dominus Crespi, d. obs. 5. num. 389. cum

seqg. quia ut pluribus probavi, 1. de reg.
cap. 2. §. 2. n. 163. Vicecancellarius est

Assessor Principis. Si enim concessiones
Principis non sunt observandas ex foro
quando deficit subscriptio Assessoris,

qui est Vicecancellarius, quanto magis
concessiones Officialis infirmi de quibus

pariter asserit Dominus Crespi, d. obs. 5.
num. 259.

30 Ulterius, quia, privil. 137. Reg. Petr.
2. cautum expresse reperitur quod si

miles concessiones nullius roboris sint,
ibi: Absque presentia, voluntate, licentia,
& permisso notarii Advocati Fiscales in di-

D.D. Laur. Matthæu, de Re Crim. Pars I.

eo Regno, & dictorum Procuratorum Fisca-
lium seu alterius eorum, decernentes irri-
sum & inane quidquid contrarium fuerit
attentatum, quod confirmatum ex d. for.
fin. §. item com. sua just. de not. scrib. & sa-
lar. docet Domin. Crespi, d. obs. 5. n. 257.
& ego notaveram, d. tom. I. de reg. cap. 4.
§. 2. num. 19. Sed guidaticum exhibi-
tum carebat his solemnitatibus: ergo
irritum & inane fuit, ac per consequens
nullo modo observari poterat.

Denique, quia non fuit expeditem
sub publica forma eorum Actuario Cu-
rit, quod pariter nullitatem inferre ex
d. for. fin. §. com. sua just. de not. scrib.
& salar. quo datur forma observanda
in his gratiosis concessionibus, ibi: per
tal provehim quæ Governador o altre ha-
vent poter de fer compositions, o remissions

en son offici, o altre per lo seu padres, no paixa
alguna remesa, o composicio fer, o fermar
jens expressa fabada, e certificacio del Re-
bedor general del Senior Rey, si sera pre-
sent, o del Lloctinent del tal Rebedor, & per
ell posar lo Rebedor sera absent: los qual
soes cascun de aquells en son cas haja de
fer demandas, e appellats en ladita composi-
cio, o remissio, en cara del Advocat Fiscal, o
del Lloctinent per lo dit Advocat constituit,
e posat en son Offici: e encora haja a fer
ladita composicio e remissio de e ab Consell
del dit Assessor, e de la presencia e sabu-
da dels dits Rebedor general, Advocat fiscal,
i Lloctinent lurs haja esser feta fe: e
mencion en la Carta, o altra scriptura quis
faça de ladita composicio, e remissio, e quel
Notari conse del dit Consell presencia, e sa-
buda abans que en faça fe, no hometa en
la carta e scriptura; e si en altra maniera
era fer, sia nulle. Item tota remissio o com-
positio haja esser signada per lo Assessor de
la Ciutat o Vila on se fara, e de son term
haja de ser signada per lo Lloctinent del dit
Assessor per el elet, e constituit Lloctinent,
e alquallo dit Assessor haja donat special po-
der de signar compositions, e remissions eno
signada per algu sia nulla ipso foro & facto.
Item tota remissio, o composicio haja esser
rebuda, e signada per lo ecrivo principal
e en altra maniera feta e sparsada sia nul-
la, ipso jure & facto. Que verba latine
donanda sunt, ut percipiatur formam in-
dicta per legem: sic enim se habent:
ideo providemus quid Gubernator, aut aliis
habens potestatem faciendo compositions
aut remissions in suo officio, aut aliis loco
& posse eorum, non possit aliquam composi-
tionem, aut remissionem facere, vel firmare

H absque

absque expressa scientia, & certificatione Receptoris generalis domini Regis, si presentes erit aut Locutementis dicti Receptoris per eum positi, si sit absens: qui unusquisque illorum in suo casu, sicut postulati, & convocati ad dictam compositionem vel remissionem, & adhuc Advocatus Fiscalis aut Locutentens per dictum Advocatum constitutus, & positus in suo officio. Et etiam debeat fieri dicta compositione, & remissio, de cum consilio sui Assessori, si fuerit presentes, aut sui Locutementis si erit absens: & quod de consilio dicti Assessori, & de presentia, & scientia dictorum Receptoris generalis, & Advocati Fiscalis, vel Iurorum Locutementium debeat fieri fides, & mentio in charta, vel alia scriptura qua sicut dicta compositionis, & remissionis, & quod Notario constet dictarum consilii presentia, & scientia antequam fidem faciat, nec ponat in ea carta vel scriptura. Et si alter fuerit factum sit nullum. Item omnis remissio aut compositione debeat esse signata per Assessorem ordinarium dicti Gubernatoris, aut absente dicto Assessore à civitate vel oppido, ubi facta fuerit & termino illius, debeat esse signata per Locutementum dicti Assessori per eum electum, & constitutum Locutentem, cui dictus Assessor dederit potestatem specialem, ad signandas compositiones, & remissiones: & signata per neminem sit nulla ipso foro & facto. Item omnis remissio, aut compositione debet testificari, & expediti per scriban principalem, & alio modo facta vel expedita sit nulla ipso jure facta. Hæc est forma data per forum ad expeditionem concessionis gratiosæ in Curia Gubernatoris, & aliorum inferiorum sub decreto irritanti geminato tot tantique vicibus; de qua Dominus Crespi, d. obs. 5. numer. 286. qui num. 288. 307. & 311. docet nunquam conferi gratiam perfectam, neque patti jus quæsumum nisi Privilegio vel litteris in forma debita expeditis, que extenduntur, ad omnes concessiones gratiosas, & iustitias, ut pluribus probat, obs. 57. n. 32. cum sugg. cum autem in hoc casu cuncta 35 deficient, clarissimè sequitur nullius momenti fuisse chirographum; nam ita solemnitates ad unguum observantur in omnibus guidaticis concessis, ut est notum, quod clare liquet ex ipsis decisionibus superiori adductis D. Ludovici Peguera, & D. Franc. Hier. Leon: ex quibus colligitur, quod dictus Lo- 36 cumtensis Justitiae civitatis Alonensis ut privatus agebat chirographum pro-

pria manu scribendo, mediante quo non potuit præstare publicam fidem, quia non ut judex procedebat, sed ut privatius, ut dixi: & consequenter nullius momenti esse guidaticum assertum; nam ex omissione solemnitatum omnium, & ex taciturnitate Rei per octo dies præsumi poterat confectum fuisse chirographum post capturam, animo liberandi reum per fas, nefisque, quod tolerandum minimè erat.

Ex quibus inferri potest concordia inter Doctores contrarias sententias in hoc articulo tenentes; nam reum reponendum esse in pristinam libertatem, ne sub fide publica decipiatetur procedat, quando concessio præ se ferri imaginem veritatis, quia expedita reperitur per Judicem habentem protestatum concedendi in simili, & expeditur servata forma Curie. Quando vero expeditur per non habentem ullam protestatem, neque servata forma aliqua apparente, juxta Curia statim despiciatur tanquam calumniosè facta, vel concessa per privatum, qui non potest publicam fidem præstare: cum in hoc casu cetera ratio illa, ne quis sub ea decipiatur.

Quo ad alia dubia, nempe an præcedere debeat causa cognitionis, vel appellatio admittenda sit, à decreto remissionis, non est cur immoremur: nam causa cognitionis summaria imaginabilis est quo ad duos effectus, nempe ad verificacionem identitatis personæ de quo articulo Dominus Crespi, d. obs. 74. num. 16. & ad recognoscendum an crimen sit ex contentis in lege, cum ratione aliorum criminum, remissio non procedat, ut docuit Gamma, decis. 279. num. 1. cum autem in nostro casu nulla ex his causis reus juvaretur, clarissimè resultat tradendum illicet fore. Quoad appellacionem pariter dicendum est quod stante dubio aliquo, recipi illa debet ex regula generali quam firmavimus, controvers. 2. num. 1. in claris autem cum applicatio frivola sit, toto jure rejicitur, ut dixi, ead. contr. 2. num. 65.

His ad Principem in modum consultationis relatis decreto diei 25. Novembris 1667. fuit Aulæ responsum quod iussum erat Proregi Valentia reum omni replica cessante tradere ministris Aulæ, quod executioni deducatur fuit mediante provisione illius Regis Audientiæ, diei 7. Januarii 1668.

& sic adductus ad hanc Curiam & in ea debite punitus.

CONTROVERSA XI.

De Marito adulterium alcidente, adulterum & uxorem necando, & de persona ei debita, etiamque occisus clericus sit sacris initatus.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species proponitur, & n. 2.
- 3 Conjunctio sanguinis excludit presumptionem adulterii.
- 4 Clericus inventus solus cum femina non presumitur animo adulterium committendi repertum fuisse.
- 5 Necans, Clericum, & uxorem ex infideli, tenetur pena legis Cornelia, scilicet, prædictionis, parricidii, & n. 6. & 7.
- 8 Ex lege Romuli marito licebat uxorem adulteram necare.
- 9 Per leges duodecim tabularum idem licebat maritis.
- 10 Ex lege Julia lata per Augustum idem procedebat si adulterer esset vilis persona; at non licebat uxorem interire.
- 11 Lex Julius levissimam penam imposuit marito adulteros necantes.
- 12 Lex Hispania in codice legum fori, necem adulterorum permisit marito; si cut patri.
- 13 Lex Parvæ marito adulteros necantes penam levissimam imposuit.
- 14 Leges Ordinariae & novæ recopilationis permiserunt marito adulteros occidere impunè, dummodo ambos occidat.
- 15 Permissio legis procedit, etiamque adulterer Clericus sacris initatus sit.
- 16 Permissio legis procedit si adulteros apprehenderit maritus in ipsa turpitudine.
- 17 Adulterium adeo est difficultis probacionis, ut directe probari non possit.
- 18 Adulterium probatur indiciis & presumptionibus.
- 19 Presumptiones de quibus, in c. litteris, de presumptionibus, non requiruntur copulative ad probandum adulterium.
- 20 Quando qualitates requiri a lege adductas sunt, ut probari non possit.
- 21 Adulterium comprobatur ex concurso viri & feminæ in locis secretis.
- 22 Adulterium presumitur si reperiantur soli in locis obscuris.
- 23 Adulterium presumitur si simul reperiuntur soli horis nocturnis.
- 24 Lex scili qualificat probacionem adulterii, ex eo quod reperiantur in latibris concurrente diffamatione hujus criminis.
- 25 Probationes leviores requiruntur ad probandum adulterium, per modum exceptionis & defensionis.
- 26 Masculum & feminam in abditis locis reperiiri turpe est.
- 27 Solitudo & diversitas sexuum presumptionem copula inducit.
- 28 Nocturni congressus feminæ cum viro suspicionem turpitudinis vehementem facit.
- 29 Janus clausis vir & femina si reperiuntur, presumitur copula.
- 30 Absentia mariti suspicionem copula confirmat.
- 31 Habitus indecens in clericis malo presumptionem adferit.
- 32 Solutio caligarum in feminæ, vel viro indicium est copula.
- 33 Clerici non exunt passiones humanas.
- 34 Per clericatum non excluditur presumptione adulterii, si solus cum sola concurrent.
- 35 Personarum qualitates augent suspicionem.
- 36 Conjunctio sanguinis in gradu remoto non excludit presumptionem adulterii, si solus cum sola reperitur.
- 37 Causa delinquendi animum delinquens detegit.
- 38 Causa correspiciens est effectus.
- 39 Ex pluribus causis delinquendi gravior est attendenda.
- 40 Legis permisso non insinuat ex eo quod adultero occiso, uxor tantum sit vulnerata, si vulnera gravior & lethala sint.
- 41 Lex parem indignationem exposcit in adulteros.
- 42 Maritus ad occidendos adulteros jure potest convocare consanguineos, & affines.
- 43 Preserim si adulterus validior marii sit.
- 44 Prædictionis crimen quando dicitur commissum secundum leges Hispanie.